

D. .D.
DISSERTATIO BOTANICA
DE
PALMIS.

PK495
-F21
T5

CUJUS PARTEM PRIOREM
VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

P R Æ S I D E

C. P. THUNBERG

COMMENDATORE REG. ORD. DE WASA
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB.
HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. UPS. LOND.
HOLM. AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. OECON. UPSAL. PATR. HOLM. ET.
CIV. OECON. FINL. HONOR. WERMEL. JUNEC. WESTM. CALM. ET ÖREBR
BEROL ET FRANCOF. ET LIPS. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS.
HIST. NAT. GORENK. PHILAD. LUND. HARL M. AMSTELD. BONNENS.
OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS. TUBICENS. IRNENS. LINN.
LONDIN. MEDICO-BOTAN. ET HORTI-CULTUR. REG. SCIENT. PHYS. ET
PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. SCIENT. GOTHOB. MONACH. ERLANG.
WETTER. NANCIENS. MARPURG. MED. PARIS. EMUL. ET LINN.
MONSPEL. MED. MATRITENS. MED. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP.
MEDICO CHIR. ET PHARMAC. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET
INSTITUT. NATION MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCAN-
DINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

P. P.

OTTO ULR. MARIN
GUTHOBURGENSIS.

IN AUDIT. BOTANICO DIE XI JUNII MDCCCXXV.

H. A. M. S.

UPSALIÆ
EXCUDEBANT PALMBLAD ET C.

1911



KONUNGENS
TROTJENARE, PROVINCIAL MEDICUS OCH RIDDAREN
AF KONGL. WASA ORDEN
MEDICINÆ DOCTOR OCH CHIRURGIÆ MAGISTER
HÖGÅDLE
HERR **FREDRIK MARIN**

OCH

DOCTORINNAN, VÅLBORNA
FRU **ULR. MAR. MARIN**
FÖDD VON YHLEN

Hulda och Ålskade Föräldrar

af

sonlig vördnad och tacksamhet.

DE

PALMIS.

Speciosa in Regno Vegetabili Palmarum familia, calidissimas Indiarum regiones inhabitans, diu Botanicis ignota latuit et sero cum ceteris Vegetabilibus ad Clases relata, leviterque commemorata fuit.

In multis invicem conveniunt diversa harum genera trunco indiviso cum medulla crassissima, foliis terminalibus, Spatha communi, et partialibus, licet variant florescentia et fructibus.

Deprehenduntur paucissimæ *Monandra* et *Triandra*, paucae *Dodecandra*; plurimæ *Hexandra*, multæ *Polyandra*, aliquot *Monadelphæ*, nonnullæ *Monoicæ*, *Dioicæ* vel *Polygamæ*.

Paucas Palmas sibi notas habuit Illust. LINNÉ, ad Clases non relatas, sed in Appendice collocatas. Hanc Methodum secuti sunt et Cel. MURRAIJ et SCHREBER. Celeberrimus Præses noster primus fuit, qui speciosas hasce arbores ad Clases retulit systematis sexualis.

Omnes fere Palmæ intra Spathas grandes, universalem et partiales flores explicant sæpe sessiles in spicis (spadice) elongatis, numerosis.

Perfecte et regulariter inveniuntur plures Hermaphroditæ, cum staminibus et pistillis fertilibus, dum nonnullæ Hermaphroditæ inveniuntur cum rudimento pistilli in floribus masculis; longe adhuc plures Herma-

phroditæ cum filamentis castratis, sive antheris deficientibus in floribus femineis.

Occurrunt præterea plurimæ *Monoicæ*, nonnullæ *Di-
oicæ* et pauciores *Polygamæ*.

Ad **MONANDRIAM** retulit Celeberrimus Præses no-
ster *Nipam* ob filamentum unicum, quod classem potius
determinare debet, quam numerus antherarum, quæ a-
liquando augeri, sæpius vero deficere solent.

TRIANDRA unica est, scilicet *Ceroxylon*.

HEXANDRA plurima genera examinantur: *Chamædora*,
Thrinax, *Sabala*, *Morenia*, *Rhapis*, *Livistona*, *Corypha*, *Taliera*,
Lepidocarya, *Mauritia*, *Calamus*, *Sagus*, *Borassus*, *Hyphæne*,
Leopoldina, *Hyospathe*, *Kunthia*, *Areca*, *Oenocarpus*, *Euterpe*,
Wallichia, *Syagrus*, *Elate*, *Cocos*, *Desmoncus*, *Bactris*, *Guiliel-
ma*, *Martinezia*, *Astronomia*, *Astrocarya*, *Aiphanes*, *Oreodoxa*,
Phoenix, *Musa*, *Tucca*.

DODECANDRÆ sunt *Latania*, *Diplothemia*, *Attalea*, *Iri-
artea*.

POLYANDRÆ staminibus ultra viginti, plus vel mi-
nus numerosis habentur: *Lodoicea*, *Ptycosperma*, *Seaphortia*,
Caryota, *Jubæa*, *Arenga*, *Manicaria*, *Cycas*, *Zamia*, *Elephantusa*.

MONADELPHÆ filamentis basi connatis, sese sistunt:
Licuala, *Chamærops*, *Taliera*, *Geonoma*, *Elæis*.

HERMAPHRODITÆ veræ fuerunt sequentes deprehen-
sæ: *Thrinax*, *Sabala*, *Licuala*, *Livistona*, *Corypha*, *Calamus*,
Taliera, *Ptycosperma*, *Jubæa*, *Aiphanes*, *Oreodoxa*, *Musa*, *Tucca*.

HERMAPHRODITÆ *Spuriæ*, cum rudimento staminum
in floribus femineis, vel filamentis castratis, nimirum
Phoenix, *Sagus*, *Borassus*, *Diplothemia*.

HERMAPHRODITÆ *Spuriæ* cum rudimento pistilli, seu

styli; *Chamædora*, *Morenia*, *Rhapis*, *Hyospathe*, *Geonoma*, *Kunthia*, *Areca*, *Oenocarpus*, *Euterpe*, *Iriarteia*, *Cocos*, *Maximiliana*, *Diplothemia*, *Desmoncus*, *Bactris*, *Martinezia*, *Acrocomia*, *Astrocarya*, *Attalea*.

MONOICÆ ad Monoeciæ classem ab Auctoribus relatæ fuerunt *Sagus*, *Nipa*, *Leopoldina*, *Hyospathe*, *Geonoma*, *Kunthia*, *Areca*, *Oenocarpus*, *Euterpe*, *Iriarteia*, *Wallichia*, *Caryota*, *Elæis*, *Syagrus*, *Elate*, *Cocos*, *Maximiliana*, *Diplothemia*, *Desmoncus*, *Bactris*, *Guilielma*, *Martinezia*, *Acrocomia*, *Attalea*, *Arenga*, *Manicaria*, *Astrocarya*.

DIOICÆ consideratæ fuerunt; *Chamædora*, *Morenia*, *Phoenix*, *Borassus*, *Lodoicea*, *Latania*, *Hyphæne*, *Cycas*, *Zamia*.

Ad POLYGAMIÆ omnis confusionis classem, nonnullas quoque Palmas relatas voluerunt Botapici: *Rhapis*, *Chamærops*, *Ceroxylon*, *Elephantusa*, *Lepidocarya*, *Mauritia*, *Seaforthia*, *Musa*.

FOLIATIO Palmarum valde uniformis invenitur; qua generaliter folia sunt in Cotyledonibus simplicia, (*Monocotyledones*) deinde magis magisque sensim fisca, idque eo modo, ut vel Palmata evadant, vel Pinnata, rarissime Bipinnata, vel Integra, non raro ampla et longissima, semper terminalia, in caudice sessilia, ac sensim decidua, basi sua crustam caudicis formantia; sic frondes PALMATÆ, plicatæ, apice fisæ, flabelliformes sunt in *Chamædora*, *Thrinace*, *Sabala*, *Licuala*, *Rhapide*, *Chamærope*, *Livistona*, *Corypha*, *Tahera*, *Lepidocarya*, *Mauritia*, *Borasso*, *Lodoicea*, *Latania*, *Hyphæne*.

PINNATAS frondes proferunt plurimæ Palmæ, nempe: *Morenia*, *Phoenix*, *Calamus*, *Sagus*, *Nipa*, *Leopoldina*, *Hyospathe*, *Geonoma*, *Ptycosperma*, *Kunthia*, *Areca*, *Oenocarpus*, *Euterpe*, *Seaforthia*, *Iriarteia*, *Wallichia*, *Elæis*, *Syagrus*, *Elate*,

Cocos, Jubæa, Maximiliana, Diplothemia, Desmoncus, Bactris, Guilielma, Martinezia, Acrocomia, Astrocarya, Attalea, Arenga, Aiphanes, Oreodoxa.

BIPINNATAS frondes habet sola *Caryota*.

IRRÉGULARITER fissas frondes profert *Manicaria*.

INTEGRIS foliis ornantur *Musa* & *Yucca*.

SPATHÆ in plerisque Palmis calycem, flores includenti constitunt, et plurimæ atque amplissimæ sunt, naviculares, subcoriaceæ.

PEDUNCULI, seu receptacula florum spicatorum a Botanicis, facile omnibus, *Spadices* adpellati fuerunt; qua denominatione, heic, ut in multis aliis, præter necessitudinem, termini Botanici multiplicati fuerunt. — Sunt hi vel simplices, vel ramosi, longissimi.

CALYX proprie est *Spatha*, tam universalis, quam partialis, et *Calyx* Auctorum, floris proprius est *Perianthium*, cum *Corolla*, dum adest in floribus completis, *stamina* & *pistilla* includens. Interdum convenit figura et divisione cum *Corolla*, interdum discrepare videtur. Sæpius numerum ternarium observat, vel *Triphyllus*, vel *Tripartitus*. Rarius numerum habet quinarium, senarium vel alium. *Calyx* nullus in *Yucca*, *Cycade*, *Zamia*, *Elephantusa*.

De *Corolla* idem valet ac de *Calyce*; interdum deficit. Rarius præter *Corollam* adest *Nectarium*. Communissime autem in plerisque, fere omnibus *Corolla* est tripetala; In *Yucca* sexpartita; Nulla in *Cycade*, *Zamia*, *Elephantusa*.

Inflorescentia sæpius est *Spicata*, interdum *Amentacea*; raro *Strobilacea*, interdum omnino nuda.

ANTHERÆ observantur sæpe sessiles, liberæ et connatæ.

PISTILLA plerumque pauca, unum usque tria, sæpe absque stylo, *stigmatibus sessilibus*.

SEXUS valde variant, *Hermaphroditi, Monoici, Dioici, Polygami, Perfecti vel Abortientes*.

BACCATÆ sunt, *Mauritia, Calamus, Corypha, Livistona, Kunthia, Thrinax, Musa, Sabala, Morenia, Lepidocarya, Sagus, Wallichia, Rhapsis, Hyospathe, Borasfus, Areca, Manicaria, Oenocarpus, Leopoldina, Euterpe, Latania, Iriarteia, Ptycosperma, Seaforthia; Zamia, Caryota, Arenga, Taliera, Geonoma, Chamærops.*

CAPSULAM habet *Yucca*.

DRUPACÆ sunt *Nipa, Ceroxylon, Elate, Chamædora, Astrocarya, Maximiliana, Acrocomia, Phoenix, Desmoncus, Guilielma, Hyphæne, Bactris, Aiphanes, Oreodoxa, Syagrus, Cocos, Martinezia, Diplothemia, Attalea, Cycas, Elephantusa, Jubæa, Lodoicea, Licuala, Elæis.*

FEMINÆ vel solitariae sunt vel ternæ, adeoque flores monogyni vel trigyni.

MONOGYNÆ habentur *Mauritia, Calamus, Elate, Corypha, Chamædora, Livistona, Kunthia, Astrocarya, Maximiliana, Thrinax, Musa, Ptycosperma, Seaforthia, Elephantusa, Cycas, Zamia, Taliera, Licuala, Geonoma, Elæis, Yucca.*

TRIGYNÆ occurrunt *Nipa, Ceroxylon, Sabala, Morenia, Lepidocarya, Sagus, Phoenix, Wallichia, Rhapsis, Hyospathe, Desmoncus, Guilielma, Borasfus, Hyphæne, Areca, Manicaria, Oenocarpus, Bactris, Aiphanes, Oreodoxa, Leopoldina, Euterpe, Syagrus, Cocos, Martinezia, Latania? Diplothemia, Attalea, Iriarteia, Jubæa, Lodoicea, Caryota, Arenga, Chamærops.*

MONANDRÆ

NIPA ♂ Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Fil. column. 1. cum. Anth. 3.
♀ Per. et Cor. 0. Stigm. 3. Drup. 1. sp. raro 2. sp.

TRIANDRÆ.

CEROXYLON Per. 3-fid. Cor. 3-pet. Herm. Stam. 1-4. Pist. rud.
 ♀ Stigm. 3-fesil. Drup. 1. sp.

HEXANDRÆ.

Monogynæ.

MAURITIA ♂ Per. 3-dent. Cor. 3-pet.

Herm. Per. 3-fid. Cor. 3-part. Stigm. sesfile. Bacc. 1 sp.

CALAMUS Per. 3-dent. Cor. 3-pet. Styl. 1. Bacc. 1 sp.

ELATE Per. 3-dent. Cor. 3-pet. anth. sesfil. Styl. 1. Drupa.

CORYPHA Per. 3-fid. Cor. 3-fid. Styl. connat. stigm. 1. Bacc. 1 sp.

CHAMÆDORA Per. 3-part. Cor. 3-pet. ♂ Pist. rudim.

♀ Styl. 1. Drup.

LIVISTONA Per. 3-part. Cor. 3-part. Styli connati Stigm.
 indiviso. Bacc. 1. sp.

KUNTHIA Per. 3-part. Cor. 3-pet. Pist. rudim. in mari. Bacc.

ASTROCARYA ♂ Per. 3-part. Cor. 3-part. Pist. rudim.

♀ Per. sub 3dent. Cor. sub 3dent. styl. 1. Drup 1 sp.

MAXIMILIANA Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Pist. rudim. Styl. 1.
 Drup. 1. sp.

ACROCOMIA ♂ Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Pist. rudim.

♀ Loco Stam. Corpuse, 6dent. Stigm. 3. Drup. 1 sp.

THRINAX Per. 6-dent. Cor. 0. Styl. 0. Bacc. 1 sp.

MUSA Per. 0. Cor. 2-pet. Herm. Stam. fert. 1. Pist. 1. Bacc.

♂ Stam. fert. 5. Pist. 1. Bacc. 0.

YUCCA Per. 0. Cor. 6-part. Stigm. 1. sesfil. Capsula.

Trigynæ.

SABALA Per. 3-dent. Cor. 3 pet. Styl. 3. connat. Bacc. 3. sp.

MORENIA Per. 3-dent. Cor. 3-pet. Pist. rudim. Styl. 3. Bacc. 3.

LEPIDOCARYA ♂ Per. 3-dent. Cor. 3-pet.

Herm. Per. 3 dent. Cor. 3-fid. Stigm. 3. Bacc. 1. sp.

SAGUS ♂ Per. 3 dent. Cor. 3-pet. Stam. 6—12.

♀ Per. 3dent. Cor. 3fid. Stigm. 3. Stam. rudim. Bac. 1 sp.

- PHOENIX Per. 3-dent. Cor. 3-pet. ♂ Stam. 6. rarius 3.
 ♀ Stigm. 3. Stam. rudim.
 Drop. 1. sp.
- WALLICHIA Per. 3 dent. Cor. 3-pet. Stigm. 3. Bacc. 2. sp.
- RHAPIS Per. 3-fid. Cor. 3-pet. Pist. rudim. Pist. 3. Bacca?
- HYOSPATHE Per. 3-fid. Cor. 3-pet. Pist. rudim. Bacc. 1 sp.
- DESMONCUS ♂ Per. 3 fid. Cor. 3-pet. Pist. rudim.
 ♀ Per. 1. phyl. Cor. 1. pet. Stigm. 3. sefs. Drup. 1 sp.
- GUILIELMA ♂ Per. 3 fid. Cor. 3-pet.
 ♀ Per. annuliforme Cor. 1. pet. Drupa.
- BORASSUS ♂ Per. 3-part. Cor. 3-pet. Stam. 6-9. castrata.
 ♀ Per. 3 phyl. Cor. 6-9-pet. Stigm. 3. Bacc. 3. sp.
- HYPHÆNE Per. 3-part. Cor. 3-part. Drup. 1. sp.
- ABECA ♂ Per. 3-part. Cor. 3-pet. Pist. rudim.
 ♀ Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Stam. rudim. Bacc. 1 sp.
- MANICARIA Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Stam. 24. Drup. 3 cocca.
- OENOCARPUS ♂ Per. 3-part. Cor. 3-pet. Pist. rudim.
 ♀ Per. 3-phyl. Cor. 1-pet. Stigm. 3. Bacc. 1 sp.
- BACTRIS ♂ Per. 3-part. Cor. 3-part. Stam. 6-12. Pist. rudim.
 ♀ Per. 1-phyl. Cor. 1-pet. Stigm. 3. Drup. 1 sp.
- ALPHANES Per. 3-part. Cor. 3-pet. Stigm. 3. Drup. 1 sp.
- OREODOXA Per. 3-part. Cor. 3-pet. Stigm. 3. Drup. 1 sp.
- LEOPOLDINA Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Bacc. 1 sp.
- EUTERPE Per. 3 phyl. Cor. 3-pet. Pist. rudim. Stigm. 3. Bac. 1 sp.
- SYAGRUS Per. 3 phyl. Cor. 3-pet. Stigm. 3. Drup.
- COCOS Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Pist. rudim. Stigm. 3. Drup.
- MARTINEZIA ♂ Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Pist. rudim.
 Herm. cylindrus, 6-dent. Stam. abort. Stigm. 3. Dr. 1 sp.

DODECANDRÆ.

- LATANIA Per. 3 fid. Cor. 3 pet. Stam. 16. Bacc. 3 sp.
- DIPLOTHEMIA ♂ Per. 3-part. Cor. 3-pet. Stam. 12-24. Pist. rud.
 ♀ Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Stigm. 3. Stam. abort. Dr.
- ATTALEA Per. 3-part. Cor. 3-pet. ♂ Stam. 18-22. Pist. rudim.
 ♀ Stigm. 3-fesfil. drup. 3 sp.
- IRIARTEA Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Stam. 12. plur. Pist. rudim.
 Stigm. 3. Bacc. 1 sp.

POLYANDRÆ.

Monogynæ.

PTYCOSPHERMA Per. 3-part. Cor. 3 pet. Stam. 20-30. Styl. 1.
Bacc. 1 sp.

SEAFORTHIA Per. 3-part. Cor. 3-pet. Herm. Stam. plur. Styl. 1.
♀ Stigm. 3 sessil. Bacc.

ELEPHANTUSA Per. 0. Cor. 0. Herm. Stam. pl. Styl. 1. Dr. 1 sp.
♀ Stam. plur.

CYCAS ♂ Strobil. Squam. Cor. 0. anth Sess. in Squam.

♀ Receptac. Spicat. Per. 0. Cor. 0. Styl. 1. Dr. 1 sp.

ZAMIA Strob. Squam. per. 0. Cor. 0. anth. Sess. in Squam.
Stigm. 1. Bacc.

Trigynæ.

JUBÆA Per. 3-part. Cor. 3-part. Stigm. 3. Drup.

LODOICEA ♂ Per, 3-phyl. Cor. 3 pet. Stam. 24-36.

♀ Per. 3 phyl. Cor. 3-4-pet. Stigm. 3-4. Dr. 1-4 sp.

CARYOTA Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Styl. 1-3. Bacc. 2 sp.

ARENKA Per. 3-phyl. Cor. 3-pet. Stam. 50-60. Stigm. 3.
Bacc. 3. sp.

MONADELPHÆ.

Monogynæ.

TALIERA Per. 3-fid. Cor. 3-pet. Styl. 1, Bacc. 3. 1 sp.

LICUALA Per. 3-part. Cor. 3-part. Styl. 1. Drup. 1 sp.

GEONOMA ♂ Per. 3-phyl. Cor. 3 pet. Stam. 6 connata in
urceolum 6-dentatum, dentibus singulis 2-antherife-
ris, et cum rudim. Pistilli.

♀ per. 3-phyl. Cor. 3-fid.

Cylindr. 6-dent. pistillum ambiens, seu Stam. abort.

Styl. 1. Bacc. 1. sp,

ELÆIS ♂ Per. 3-phyl. Cor. 3-pet.

♀ Per. 3-phyl. Cor. 3-6. pet. Styl. 1. Drup.

Trigynæ.

CHAMÆROPS Per. 3-part. Cor. 3-pet. Stigm. 3. Bacc. 3. 1 sp.

310

D. D.
DISSERTATIO BOTANICA
DE
PALMIS.

CUJUS PARTEM POSTERIOREM
VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

P R Æ S I D E

C. P. THUNBERG

COMMENDATORE REG. ORD. DE WASA

MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB.
HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. UPS. LOND.
HOLM. AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. OECON. UPSAL. PATR. HOLM. ET.
CIV. OECON. FINL. HONOR. WERMEL. JUNEC. WESTM. CALM. ET ÖREBR.
BEROL. ET FRANCOF. ET LIPS. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS.
HIST. NAT. GORENK. PHILAD. LUND. HARL M. AMSTELD. BONNENS.
OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS. TURICENS. IENENS. LINN.
LONDIN. MEDICO-BOTAN. ET HORTI-CULTUR. REG. SCIENT. PHYS. ET
PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. SCIENT. GOTHOB. MONACH. ERLANG.
WETTER. NANCIENS. MARPURG. MED. PARIS. EMUL. ET LINN.
MONSPEL. MED. MATRITENS. MED. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP.
MEDICO CHIR. ET PHARMAC. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET
INSTITUT. NATION MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCAN-
DINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

F. P.

CAROLUS SAM. HULTSTRÖM

VESTROGOTHUS.

IN AUDIT. BOTANICO DIE III DECEMBR. MDCCCXXV.

H. A. M. S.

UPSALIÆ
EXCUDERANT PALMBLAD ET C.

KONUNGENS

TROTJENARE, OECONOMIÆ DIRECTEUREN

HÖGÅDLE

HERR *J. BJÖRKLUND*

OCH HÖGÅDLA

FRU *L. BJÖRKLUND*

FÖDD HULTSTRÖM

Vördnadsfullt och ödmjukeligen af

CARL S. HULTSTRÖM

REGIMENTS - SKRIFVAREN

HÖGÅDLE

HERR CARL M. HULTSTRÖM

OCH HÖGÅDLA

FRU H. C. HULTSTRÖM

FÖDD KALLSTRÖM

De ömmaste Föräldrar

af

Sonlig vördnad, kärlek och tacksamhet.

NIPA. Corolla in hac Palma hexapetala includit filamentum solitarium, cujus apici inserta est Anthera perforata, duodecim sulcata. Flos femineus nudus sine corolla, ne quidem stylum habet, sed ejus loco sulcum. Relata fuit a MURRAIJO, SCHREBERO & WILDENOVIO ad *Monœciam*, *Monadelphiam* ob Antheram sulcatam. Potius collocanda videtur, ob filamentum unicum, in *Monandria*, *Agynia*, si vel considerari deberet Anthera composita e pluribus Antheris connatis, quo casu debuisset esse relata ad *Monœciam*, *Syngenesiam*. MARTIUS refert hoc genus ad *Monœciam*, eique tribuit calycem triphyllum ac Corollam tripetalam cum filamento unico columnari antherisque tribus in floribus masculis, & stigmata tria sessilia cum drupa monosperma in flore femineo.

CEROXYLON inter Palmas numerat WILDENOWIUS, excludit Martius. Profert & flores hermaphroditos & femineos in eadem planta, quare ad *Polygamiam*, *Monœciam* a WILDENOVIO fuit relata, scilicet intra calycem trifidum & corollam tripetalam includit flos hermaphroditus Stamina unicum usque quattuor cum pistilli rudimento, & flos femineus Stigmata tria sessilia. Videtur itaque referri posse ad *Triandriam*, *Trigyniam*.

CHAMÆDORA: idem est Palmæ genus, secundum Martium cum *Nunnesia* WILDENOWII, ab illo relata ad *Monœciam*, ab hoc ad *Polygamiam*, *Dioeciam*, ex nostra sententia referenda ad *Hexandriam*, *Monogyniam*, cum in flore masculo hexandro pistilli adsit rudimentum. Stylos tres observavit WILDENOWIUS & nectarium squamosum, retulitque genus ad *Dioeciam*, *Hexandriam*, utpote genus a *Nunnesia* distinctum.

THRINAX flores profert hermaphroditos, adeoque locum suum habebit in *Hexandria*, *Monogynia*.

LIVISTONA ob flores suos hermaphroditos facillime inferitur *Hexandriae, Monogyniae*.

CORYPHA quoque, floribus hermaphroditis instructa, ad *Hexandriam, Monogyniam* pertinet.

MAURITIA gerit flores hermaphroditos & masculum separatum, a MARTIO ideo ad Polygamiam, Diceciam relata, a WILDENOWIO vero ad Diceciam, cum illi valde imperfecte nota fuerit. Referri debet ad *Hexandriam* & ob stigma sessile ad *Monogyniam*.

CALAMUS, perfecte hermaphrodita & complete florens merito in *Hexandria, Monogynia* collocabitur.

KUNTHIA ad hermaphroditos revocanda erit, cum in flore masculo rudimentum adfit pistilli & in *Hexandria, Monogynia* locata erit, a MARTIO ad Monœciam relata.

ELATE floribus monoicis ornata, semper tamen masculis hexandris, & femineis monogynis, facile ad *Hexandriam, Monogyniam* transportatur.

ACROCOMIA. Cum in flore masculo pistilli adfit rudimentum, & in femineo rudimentum staminum, nihil omnino impedit, quin ut Palma *Hexandra, Monogyna* considerari & possit & debeat.

ASTROCARYÆ flores masculi instruuntur rudimento pistilli, adeoque ut hermaphroditi considerati Palmam ad *Hexandriam, Monogyniam* referunt.

de MAXIMILIANA idem valet, ac de priori, cum qua in multis convenire videtur.

MUSA duplex genus florum proferre videtur, licet semper omnes sint vere hermaphroditi. In illis, qui hermaphroditi dicuntur, versus basin receptaculi collocati, unica tantum Anthera perfecta observatur, dum quinque vel minimæ vel nullæ. In masculis iterum quinque antheræ perfectæ cum stylis abortientibus. LINNÉ & plures genus retulerunt ad Polygamiam, Monœciam, licet facillime referatur ad *Hexandriam*, *Monogyniam*.

YUCCAM omnes in genere Botanici in *Hexandria*, *Monogynia* collocarunt, ob flores hermaphroditos, regulares filiaceos, licet æque ac Musa ad Palmas fuerit numerata.

SABAL, ut hermaphrodita optime in *Hexandria*, *Trigynia* collocata erit.

MORENIA. Cum in flore masculo rudimentum adsit pistilli, adeoque flos hermaphroditus, præter florem femineum in alia planta, absque ulla difficultate, refertur ad *Hexandriam*, *Trigyniam*.

RHAPIS ubique hermaphroditam sese monstrat, cum in flore masculo occurrat rudimentum pistilli, & præterea alii flores sint hermaphroditi, utroque sexu instructi, licet e pistillis tribus duo abortiant. Amandanda erit ad *Hexandriam*, *Trigyniam*.

PHOENIX, ad *Triandriam* quandoque relata, vere tamen & potius ad *Hexandriam*, *Trigyniam* reducenda, variat staminibus sæpius sex, rarius tribus. Præterea in flore femineo rudimentum staminum observatur, sic ut hermaphrodita possit examinari.

LEPIDOCARYA masculum profert florem & simul

hermaphroditum, & facile referri potest ad *Hexandriam*, *Trigyniam*.

SAGUS variat staminibus sex ad duodecim, & in flore femineo gaudet rudimento staminum; pertinere potius videtur ad *Hexandriam*, *Trigyniam*, quam quidem ad aliam classem.

BORASSUS variat quoque staminibus, in masculis floribus sex liberis, & in femineis a sex ad novem castratis & monodelphis. Ad *Dœciam* a **MARTIO** relata, in *Hexandria*, *Trigynia* non incongrue locum suum habere potest.

HYPHÆNE dioica habetur Palma staminibus senis & stigmatibus, forsan tribus sessilibus, sic ut ad *Hexandriam*, *Trigyniam* eam referri oporteat.

LEOPOLDINÆ menoica eadem est ratio ac prioris, adeoque ad *Hexandriam*, *Trigyniam* referenda.

HYOSPATHÆ etiam eadem est ratio ac duarum antecedentium Palmarum, ea tamen differentia, ut in hujus floribus masculis ostendat sese rudimentum Pistilli, & ut ex occasione florum hermaphroditorum facilius ad *Hexandriam*, *Trigyniam* referatur.

in **ARECA** omnes flores hermaphroditi utroque sexu instructi sunt, sic ut in floribus masculis rudimentum detegatur pistilli, & in femineis rudimenta staminum; difficile itaque numquam erit Palmam hanc referre ad *Hexandriam*, *Trigyniam*.

OENOCARPUS tantum in floribus masculis habet ru-

dimentum pistillorum & referendus erit ad *Hexandriam*, *Trigyniam*.

Cum *EUTERPE* æque comparatum est ac cum *Oenocarpo*. Ad eandem classem amandanda est *Palma*.

WALLICHIA regulariter monoica ob Stamina & stigmatum numerum refertur ad *Hexandriam*, *Trigyniam*.

SYAGRI eadem est ratio & insertio classis,

Cocos in floribus masculis habet rudimentum pistilli, adeoque, licet palma monica, facile *Hexandriæ Trigyniæ* classem ingredi potest.

DESMONCUS cum *Cocoë* floribus convenit, adeoque & eandem classem & ordinem in Systemate agnoscit.

BAETRIS pistilli rudimento instruitur in floribus masculis, sed variat numero staminum a sex ad duodecim. Videtur tamen melius collocari in *Hexandria*, *Trigynia*.

GUILIELMA regulariter monoica ad *Hexandriam*, *Trigyniam* pertinet sine dubio.

MARTINEZIA in eo a reliquis differt, licet a *MARTIO* monoica habetur, quod non solum in floribus masculis pistilli rudimentum adsit, sed etiam in femineis rudimentum staminum abortientium in cylindro membraneo sexdentato. Cum itaque omnes flores hermaphroditi censeari possint, sine molestia *Palma* hæc refertur ad *Hexandriam*, *Trigyniam*.

ALPHANES &

OREODOXA, dubia a **MARTIO** considerata genera adeo similia sunt omnibus suis characteribus, ut pro diversis generibus minime possint haberi & ulterius examinanda sint ac illustranda.

LATANIA, Palma dioica, ob stamina sedecim *Dodecandria* incola erit.

DIPLOTHEMIA re vera flores hermaphroditos profert, scilicet in floribus masculis pistilli rudimentum & in femineis stamina abortiva. Stamina variant a duodecim ad viginti quattuor. Videtur optime inseri posse classi *Dodecandria*, ejus *Trigynia*.

ATTALEÆ stamina sunt numero octo-decim ad viginti-duo variantia in Palma monoica. Flores masculi habent etiam rudimentum Pistilli. Refertur ad *Dodecandriam*, *Trigyniam*.

IRIARTHEA staminibus duodecim & ultra, in flore masculo cum pistilli rudimento, relata erit ad *Dodecandriam*, *Trigyniam*.

PTYGOSPERMA. Cum flores gerit hermaphroditos, stamina includentes viginti, usque triginta, non difficile erit illam referre ad *Polyandriam*, *Monogyniam*.

SEAFORTHIA præter femineos flosculos profert flores hermaphroditos completos, staminibus numerosis repletos. Amandetur ergo Palma hæc ad *Polyandriam*, *Monogyniam*.

CYCAS. Mas flores gerit in spica strobiliformi, cuius squamis antheræ nudæ, plurimæ, insident sessiles, sic ut vere ad *Polyandriam* numerari oporteat. Feminae vero flores, æque nudi sine Perianthio & corolla, alternatim sessiles collocati sunt in receptaculo elongato, *Monogyni*.

ZAMIÆ flores masculi omnino conveniunt cum Cycade, adeoque classem *Polyandriæ* indicant. Feminae pari modo in spica strobiliformi sub singula squama latitant, singuli cum stylo unico, sic ut Palma hæc, a LINNÆO ad filices relata, ad *Monogyniam* referri debeat.

LADOICEA, dioica Palma gerit stamina plura, a viginti quattuor ad triginta sex variantia & stigmata tria vel quattuor. Debet itaque referri ad *Polyandriam*, *Trigyniam*.

ELEPHANTHUSA præter florem masculum profert flores hermaphroditos cum staminibus plurimis, nudos sine & calyce & corolla. Reduci debet ad *Polyandriam*, *Monogyniam*.

CARYOTA, monoica Palma ob stamina plurima ad *Polyandriæ* classem, & *Trigyniæ* ordinem releganda erit.

JUBÆA staminibus plurimis & stigmatibus tribus hermaphrodita, in *Polyandria*, *Trigynia* collocata erit.

ARENGA Palma monoica staminibus in masculo flore floret numerosis, & stigmatibus tribus in femineo, satisque locum suum indicat in *Polyandria*, *Trigynia*.

MANICARIA adeo cum Arenga in omnibus fructificationis partibus convenit, ut vix aliud hæc genera distin-

guat, quam in illa Drupa, & in hac Bacca, in *Polyandria* & *Trigynia*.

LICUALA hermaphrodita est cum staminum filamentis, basi connatis, quare *Monadelphicæ*, *Monogynicæ* inferta erit.

Idem in TALIERA obtinet, quare ad eandem redacta classem & ordinem esse potest. Utraque hermaphrodita est.

GEONOMA similis valde duabus præcedentibus, etiam in eo, quod hermaphrodita sit, ea tamen differentia, ut hæc monoica sit, id est in floribus masculis instructa rudimento pistilli, atque, quod singulare, staminum cylindro sexdentato duodecim antheris, in singulo dente duabus, nec non flore femineo staminibus castratis simul instructo. Pertinebit igitur ad *Monadelphiam*. *Monogyniam*.

ELÆIS, adeo similis est *Cocoi*, ut videantur genere posse conjungi. Fructificationis ejus partes valde diversæ delineantur a MARTIO & WILDENOVIO. Ille describit calycem triphyllum, hic hexaphyllum: ille corollam tripetalam, hic corollam sexfidam in mari, in femina hexapetalam: ille genus posuit in Monoecia, hic in Dicecia. Verus ejus locus erit in *Monadelphia*, *Monogynia*.

CHAMÆROPS ad Polygamiam Diceciam relata fuit ob flores hermaphroditos & simul masculos vel in eadem stirpe rarius, vel in diversa. Ob staminum filamenta sex connata relata erit ad *Monadelphiam*, & ob stigmata tria ad *Trigyniam*.
